

par Lefebvre et Le Clercq. J'ai été assez heureux que de me procurer le texte original, conservé aux archives de la propagande, comme je l'ai dit plus haut. Je le donne en entier, séparant par des chiffres de renvoi les parties sur lesquelles j'attirerai plus loin l'attention du lecteur.

" || 1 GUIDO BENTIVOLUS, Dei et Sanctae Sedis Apostolicae gratia Archiepiscopus Rhodiensis, S. D. N. D. PAULI divina providentia Papae quinti ad Christianissimum D. Dominum Ludovicum tertium decimum Francorum et Navariae Regem Nuntius Apostolicus, &c., || 2 et Judex seu Commissarius hac in parte ab eodem S. D. N. Papa Paulo quinto specialiter commissus et deputatus, || 3 Dilecto Nro Venerabili Patri, Fratri Josepho Caron presbytero religioso professo Recollecto ordinis Sti. Francisci et aliis Patribus et Fratribus Recollectis eiusdem ordinis Sancti Francisci professis, in sacro presbyteratus ordine constitutis ac ab ordinario ad sacras confessiones audiendas approbatis, propediem ad partes tantum paganorum pro illorum ab idolatria ad catholicam religionem conversione tecum per praefatum Patrem provincialem mittendis et deputandis, seu per te de eius licentia ac permissione assumendis :

" Salutem et sinceram in Domino charitatem.

" || 4 Noveritis quod cum ita sit quod nuper seu alias Rmus Dnus Archiepiscopus et comes Lugdunensis, orator Sacrae Majestatis Christianissimae apud praefatum Sanctissimum Dnum Nrum et Sanctam Sedem Apostolicam requisiverit et exposulaverit ab eadem Sanctitate Sua quatenus sub beneplacito praedictae Suae Sanctitatis, et cum facultatibus infrascriptis, Reverendus Pater Provincialis Religiosorum Recollectorum dicti ordinis Sti. Francisci mittere posset aliquot religiosos eiusdem ordinis et provinciae suae Sti Dionisii qui essent sufficientes et idonei ad propagandam fidem catholicam in partibus infidelium, et quantum hoc opus erat ex se ipso meritorium, et placuerat praedictae Sanctitati Suae nobis committere potestatem concedendi facultates pro praemissis exequendis necessarias et convenientes : || 5 Ideo ex causis et rationibus praenarratis, auctoritate et permissione apostolica praedictis, praefato Rdo Patri vestro provinciali et vobis de eius nominatione et electione ac deputatione facultates sequentes dedimus et concessimus damusque et concedimus quibus uti poteritis dummodo ibi non sint qui similes habeant facultates et ²¹..... durarit, et donec vos, Frater Josephus Caron, et socii vestri praedicti in iis partibus paganorum fueritis duntaxat. Et sunt praedictae facultates tenoris, virtutis et continentiae ut sequitur, videlicet :

" Infidelium et fidelium natos infantes et alios quoscumque ad veritatem Christianae fidei venire volentes, servatis servandis, recipiendi, et etiam extra ecclesias in casu necessitatis baptizandi, confessiones audiendi, et poenitentium confessionibus diligenter auditis, illos a quibuscumque sententiis excommunicationis aliisque censuris et poenis ecclesiasticis, necnon quibuscumque criminibus, excessibus, et delictis, etiam apostolicae Sedi, etiam in litteris die Coenae Domini legi solitis reservatis et contentis, imposita eis pro modo culpa poenitentia salutari et iniunctis iniungendis, in foro conscientiae absolvendi : Eucharistiae, Matrimonii et Extremae Unctionis sacramenta ministrandi : paramenta, vasa, et ornamenta ecclesiastica ubi non adhibetur sacra unctio benedicendi. Cum probatur, neophitis in quocumque, non tamen primo et secundo neque inter ascendentes et descen-

²¹ Quelques mots ont été omis par le copiste. La traduction de Sagard porte : " et dont le temps ne soit pas expiré."